Vivat & AUSTRIACÆ majeſtas ſtirpis, & aurea
Heröum ſoboles; noſtros quæ vivit in uſus
Et nos defendit contra hoſtica monſtra, tyrannos.
Vivat at inprimis, cui mollia fata precatur
DORNAVIUS doctâ ſuadelæ voce, perennè
CAROLUS hic vivat, noſtratis EPISCOPUS oræ:
Vivat jo, & vivat quoq; res SILESA ſub illoq;.

*Devotæ mentis. ergo f.*

*Balth. Exnerus de Hirſchberga, in illuſtri Schönaichiano Hiſtoriar. Profeſſor Publ.*

## S. Benigne Lector.

*In expungendis erratis, ſi lubet, ita verſare. p. 8. v. 16. l. transferenda. p. 15. v. 8. l. hortulanorum. p. 50. v. 5. l. in vicinia. p. 73. v. 16. l. miſcere. p. 75. v. 22. l. naſum. p. 87. v. 8. l. provocandam. Reliquas dictiuncularum minutias facilè quivis obſervabit. Doleo tamen; me abſente notas Hiſtoricas cum axiomatis practicis nonnullibi eſſe confuſas: quæ diverſo margine erant diſcretæ. Imputet hoc lector ſimplicitati Typographi; ſed & ignoſcat. V.*

BIBL. UNIW. WROCŁAW

1737. 6.

# C. G. NAEVII
*VALE*
GORLICENSE
I. E.
# VALEDICTORIA
DE
# GYMNASIO
ET
# RECTORIBVS
IN EO
*FASCES*
MODERANTIBVS
## ORATIO
*D. 18. NOV. MDCCXXXVII.*
CVM
ALTIORA PETITVRVS ACADEMIAM LIPSIENSEM
CVM GYMNASIO GORLICENSI MVTARET
IN
ACROATERIO
SVPERIORI
HABITA.

1737

GORLICII, EX OFFICINA RICHTERIANA.

YYY081
BIBL. UNIW. WROCŁAW

4

INCLVTAE
REIPVBLICAE GORLICENSIS
PATRIBVS CONSCRIPTIS
VIRIS
*MAGNIFICIS PRAENOBILISSIMIS EXCELLEN-
TISSIMIS AMPLISSIMIS CONSVLTISSIMIS*
DOMINIS

# DNN. CONSVLIBVS
# PRÆTORI
# SYNDICO
# SCABINIS
# SENATORIBVS

*RELIQVIS*
PATRONIS MEIS SVBMISSE VENERANDIS
NEQVE MINVS
GYMNASII GORLICENSIS
*DOCTORIBVS*
VIRIS
*PRAENOBILISSIMIS AMPLISSIMIS NEC NON
ERVDITISSIMIS*
DOMINIS
DNN. RECTORI,
PRO-RECTORI,

CON-RECTORI

SVB-RECTORI

COLLEGIS cæteris

PRAECEPTORIBVS MEIS AD URNAM VSQVE COLENDIS

ITEM

VIRO

*PRAENOBILISSIMO CONSVLTISSIMO DOCTISSIMO*

DN. IOHANNI GEHLERO

*TOPARCHAE* in Ober=*LEUTHOLDS-HAYN ET* Nieder=*LVDWIGSDORFF*

*VITRICO* MEO PATRIS FIDELISSIMI ADINSTAR AD EXTREMVM VSQVE VITÆ HALITVM PIE SVSPICIENDO; TANDEM

VIRO

*NOBILISSIMO* et *SPECTATISSIMO*

DN. CHRISTIANO AMEISSIO

*MERCATORI civitatis noſtræ celeberrimo*

TV-



TVTORI meo

debitum in modum obſervando

hoc

devoti animi documentum

ſubmiſſa qua par eſt humilitate humilique obſervantia

dedicare uolui debui

VIRI

MAGNIFICI, PRAENOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI, CONSVLTISSIMI,

nec minus

*PRAENOBILISSIMI, AMPLISSIMI, NEC NON DOCTISSIMI,*

PATRONI ET FAVTORES SVBMISSE AC OBSERVANTER VENERANDI,

SI quid eſt in me iudicii, quod ſentio, quam ſit exiguum, uerum eſſe intelligo, quod Tullius aſſerit: Omnes artes ad humanitatem pertinentes commune quoddam inter ſe habere uinculum,



et

et cognatione quaſi inter ſe contineri. Quis ignorat, quod Muſæ ex Joue et Mnemoſyne in Pierio monte genitæ fingantur, ac proinde ὁμοιοῦσαι dictæ, coniunctim in uno quaſi Collegio laboribus ſuis intentæ depingantur ac exprimantur. Iucundiſſimus tibiarum et fidium concentus, concors ſonorum concinentiumque vocum harmonia, certa ſunt neceſſitudinum inter eas criteria. Quis neſcit, earum Ducem Apollinem in medio ſedere, Muſasque ad liberales artes, quas ἐγκυκλοπαιδείαν uocant, inſtigare, et uerſicoloribus præmii loco eas condecorare coronis. Qvod ego, ut primum ex pueris exceſſi, mecum ſemper penſitavi, & hinc nullum in iſtis ſtudiis ætatis meæ tempus abhorruiſſe confiteor. Sæpenumero arctam

ſtudio-



ſtudiorum humanitatis ac literarum connexionem animo expendens, nihil inveni, quod majorem menti meæ afferre potuiſſet voluptatem. Abunde ſenſi, eas alere adoleſcentiam; quidni & oblectent virilem ætatem? Abunde ſum gnarus, permultas eruditorum mihi non ad intuendum, potius ad imitandum expreſſas occurriſſe imagines. Cum igitur eorum facem mihi præferri lubentiſſime paſſus ſim, opuſculum hoc qualecunque ſerena fronte, ſubmiſſe peto, legatis, & Cenſorum benignorum mores ſecuti, conſideretis, uno ictu ex vulgari proverbio non cædi ſilicem, ſed certanti mihi ab immortali Numine majora in ſtudiis incrementa, quod devoto animo precor, conceſſum iri confidatis. Deum T. O. M. qvod reſtat, ſupplice

voce

voce venerabor, velit Veſtra Omnium facta fortunare, quævis conamina proſpero ſucceſſu beare, viresque largiri, quo dulciſſima patria diu tantis viris innitatur, & ego veſtro patrocinio ac ſavore diu frui poſſim,

Mæcenates Deuenerandi,
Præceptores Optimi,
Parens pie Colende,
Tutor Honoratiſſime,

Veſtrorum Nominum

Gorlici Luſatorum
Ao. χριστογονίας M DCC XXXVII.
Non. Decembr.

Venerator ac cultor humillimus

C. G. Nævius,
A. L. C.

Viri Magnifici, Prænobiliſſimi, Excellentiſſimi, Ampliſſimi, maxime Reuerendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Doctiſſimique, Patroni, Præceptores, Fautores, ſubmiſſe, obſequioſe, et obſeruanter colendi,

nec non Commilitones Suauiſſimi et Dilectiſſimi.

A ſana ratione penitus alienum non erit, ſi, homines natura artis alicujus ſtudio ferri, exiſtimem. Nec certe quicquam inuenietur, quod hanc infringere poſſit poſitionem. Græcorum lumen et Peripateticorum anteſignanus, neque minus Romanæ eloquentiæ Princeps, quorum

rum ille, a) omnes homines natura artis alicujus deſiderio ferri, hic autem, b) omnis laudis ſtudio trahimur, ſatis ſuperque comprobarunt. Conſideremus quæſo nobiscum diligentius, quot et quanta uetuſtiſſimis pariter ac hodiernis temporibus in uniuerſum humanum genus collata ſint beneficia. Si accurata animi lance omnium ac ſingulorum hominum in orbe degentium facta penſitemus, mirum non eſt, ſi aliqua capiamur admiratione, ſi alios, ad ueram jam adſpirantes gloriam, alios, qui in obſcuro hactenus delituerunt, ex tenebris quaſi prorepere uideamus. Hic artium ortum, omniumque literarum incrementa, ſine quibus uita noſtra ferme uitalis non eſſet, referre poſſem, niſi, Auditoribus meis ſpectatiſſimis, ne prolixitate moleſtiam crearem, uerendum eſſet. Ab aequitate tamen, Auditores omnium ordinum pie obſeruanterque colendi, remotum non cenſeo, ſi literarum domicilia, in quibus non leuis Eruditorum copia tera-



a) In Metaphyſ. b) pro Arch. P.



rarum orbi ſplendorem addidit, penicillo, quod uocant, hiſtorico breuiter depingam. Iam olim in Iudaea legimus, Academiam floruiſſe in urbe alias Dabir, et in ſacro codice c) קרית - ספר h. e. πόλις γραμμάτων ſ. ciuitas literarum dicitur. In Ægypto Sais olim et Heliopolis iuuentuti bonis literis inſtituendæ multam adhibuerunt operam. Alexandriam inprimis, Ægypti urbem primariam, fama propterea prae ceteris excelluiſſe, teſtis eſt Caeſar, d) qui cum, Pompejo occiſo, eo ueniſſet, urbem circumiens, pulchritudinem eius miratus, inter plebem ſtans audierit Philoſophos. Apud Indos, certum eſt, Brachmanos et Gymnoſophiſtas egregiam in literis collocaſſe operam. Iaponiam Bonzii ſuis implerunt laudibus, qui iuuenum frequentem coronam mature aſſuefecerunt artibus. Quid in Africa! Nonne Abyſſinios et Maroccanos eam ob cauſam magnifica, accepimus, exſtruxiſſe aedificia? Teſtis omnino eſt Ioh. Leo: e) Templa ſtruxerunt, inquiens, quo maiora uix reperiuntur in toto orbe:



c) Joſ. c. 15. et 21. d) Bello ciu. lib. 2. e) Lib. 2.

in cuius porticu centum circiter librariorum officinae, itemque aliae totidem e regione fuerunt; praeterea, collegium ibi nobiliſſimum, in quo triginta atria et in medio unum ampliſſimum, ubi legere publice ſolebant, dum urbs et literae floruerunt. Feſſam urbem ducentas fere ſcholas numeraſſe, quarum quaelibet ampliſſimae aulae formam habuerit, ibidem Africanus Leo teſtatur. f) Sed ad notiora et propriora peruenio. Copioſa hominibusque affluens Graecia nobis hic uberrimam offert dicendi materiam. Euoluamus, Auditores ſpectatiſſimi, ſcriptores; perquiramus ſingula aetatum monumenta, multi ſe noſtris offerent oculis, qui in exponendis & indagandis literarum ſtudiis oleum atque operam non perdiderunt. Τὸ γυμνάζεσθαι. antiquiſſima Graecorum uox, quae proprie denudari ſignificat, lo-
cis

f) Lib. 3.



cis, in quibus iuuenes erudiuntur literis indidit appellationem. Tribuitur tamen & exercitiis Bellicis, et certamini Athletico, et praxi Medicae. De omnibus quidem his ſpeciebus artis Gymnaſticae ſermonem facere non induxi animum; breuiſſime tamen eas attingere, operae erit pretium. Ad Bellicam Gymnaſticam quod attinet, ex Antiquitatum literis cognouimus, eas fuiſſe palaeſtras, in quibus pueri ita exerciti fuerunt, ut in bello ſe fortiter gerentes, hoſtes aliquando propulſare, pro aris ac focis pugnare, mature addiſcerent. Athleticae Gymnaſticae erat, certare in amphitheatris, et pugnare in atriis, quae certamina in Deorum honorem, inde ἱεροὶ ἀγῶνες dicta, et populi in gratiam, quo homines uoluptate demulſi, in officio continerentur, fuerunt inſtituta. Medicæ Gymnaſticæ tandem hic fixus erat ſcopus, ut homines exercitationum moderatarum ope corporis ſanitatem tuerentur et conſeruarent. Per Medicorum poſt Hippocratem Principis Galeni ſententiam aliquis in errorem quidem facile deduci poſſet, dum, neſcio, qvo fato, in eam incidit opinionem, ut putaret, Gymnaſticam hanc artem Homeri tem-
a 3 pore

pore nondum fuiſſe repertam, ſed paulo ante Platonis tempora habuiſſe initium. Nihilo tamen minus quaedam illius jam bello Trojano jacta fuiſſe fundamenta, ab ipſomet Poëta deſcripto indicat contrarium. g) Quatenus celebratiſſimus ſui nominis uir ueritatem attigerit, inueſtigare nequeo. Fatendum enim mihi eſt, quod proh dolor! iniuria temporis praeclariſſimos commentarios manibus noſtris diripuerit, ex quibus forſitan hac ars ſerie chronologica rectius illuſtrari potuiſſet. Quis quaeſo aetate noſtra Hippocris, Dioclis, Praxagorae, Philotimi, Eraſiſtrati, Heraphili, et Aſclepiadis ſcripta, a Græcis Latiniſque auctoribus citata, uidit? Quis Theonis libros euoluendi flagrat deſiderio? Quilibet, qui ſcientiarum non coecus eſt aeſtimator, cum moerore de damno hoc conqueritur. Sed, his omiſſis, cogitationes potius ad ea dirigamus, quæ ab interitu adhuc et obliuione uindicata, oculis noſtris ſe repraeſentant ut lipſana. Quemadmodum uero artes ad exercitia corporis ſpectantes, ſuos auctores habuerunt, qui earum regulas atque uſum literis mandarunt: ſic nec animorum artem Gymnaſti-

g) 2. Illiad.



mnaſticam incultam iacuiſſe conſtat. Ingenii nervos induſtriæque vires intendere & ſcripta quædam poſteritati tradere anniſi ſunt Pauſanias, Vitruvius, Celſus, Plinius, Varro, Joſephus, aliique Græci & Latini ſcriptores. Invenio Philoſtratum, invenio Svidam, invenio Martialem. Lacædemonii, teſte Athæneo, ampliſſima & pulcherrima exſtruxerunt Gymnaſia; poſt Lacædemonios Athenienſes, quorum in urbe tria extitiſſe teſtatur Lucianus, unam ἀκαδημίαν, in qua Plato Philoſophiam profeſſus eſt; alterum λυκεῖον, ubi Ariſtoteles docuit; tertium κυνοσάργες, in quo nothi, ſpurii ac omnes ignobiliores exerciti fuerunt. Corinthum urbem etiam Gymnaſio exornatam fuiſſe, Crancum nominatum, auctor eſt Laërtius, h) & ſi omnia Græciæ oppida perluſtrarem, nullum invenio, ubi juventus caruerit Gymnaſio. Veſtigia Græcorum premebant Romani, & ita premebant, ut brevi temporis ſpatio omnes artes excellenti flore apud illos gauderent. Romulum, primum eorum Regem, Conſualia, vel ludos Neptuno eqveſtri ſacros, in memoriam raptus Sabi-

h) lib. 3.

Sabinarum inſtituiſſe, certo eſt certius. Quem latent ludi Tarquinii Priſci, de quibus vetuſtiſſimi ſcriptores mentionem faciunt? Quis ignorat ſacra ludorum, veneficæ Circæ Solis filiæ dicatorum, & in circo Romanorum maximo habitorum Circenſium? Quid de Capitolinis dicam? Quid de Gymnaſiis? Gymnaſia Neronis, Gymnaſium Trajani aliorumque tot memoratu digna noſtris ſe oſtendunt oculis, ut eis recenſendis longe impar forem. Onuphrius Panvinius antiquitatum peritiſſimus ludos Romanorum quam diligentiſſime deſcripſit. Deſcripſit ludos Gymnicos Hier. Mercurialis, i) Franc. Robertellus, k) Juſtus Lipſius, l) Cæl. Rhodiginus, m) Wolffg. Lazius n) & Thom. Freigius romanas prodiderunt antiquitates. Nunc me converto ad Germaniam. Germaniam olim barbaries, ſicut lues, invaſerat, dum & ſcientiæ omnes e finibus Germaniæ exterminatæ erant, unde, qui

Ger-

i) in lib. de arte Gymnaſtica.
k) in lib. de vita & victu P. R.
l) in lectionibus Antiquitatum.
m) in lectionibus antiqu.
n) in commentariis Reip. R.



Germaniæ antiquæ fata deſcripſerunt, e. g. Tacitus, Cluverus, & reliqui confirmant, ne leviſſimum quidem eruditionis veſtigium in hoc populo fuiſſe repertum. Vita Germanorum, inquit belli Gallici ſcriptor, in venationibus & re militari conſiſtit. o) Transmigrationes gentium, everſiones regnorum, devaſtationes urbium, variique impetus tam exterorum quam inhabitantium populorum per multa ſecula Germaniam ita corruperant, ut in nonnullis locis fatorum illorum adhuc reſtent veſtigia. Sed quamvis antiquiſſimis temporibus Germani rudes fuerint, bonarumque artium ignari; dici tamen non poteſt, ignorantiam adeo invaluiſſe, ut nunquam in lucem provenerit vera eruditio. Salutaris ſacrorum reformatio multos excitavit, qui ex latebris ſuis quaſi prorepentes, imo prorumpentes, ſtudia, quæ in obſcuro hactenus delituerant, in lucem proferre, & brevi tempore non Germaniam ſolum, ſed adjacentes etiam regiones literarum luce colluſtrarint. Joh. Capnio, alias Reuchlinus, Joh. Boeſchenſtein, De-

b ſid.

o) lib. 6.

ſcd. Eraſmus, Philipp. Melanchthon, neque minus famigeratiſſimus Græcarum literarum reſtaurator Joach. Camerarius, tantam adhibuerunt operam, ut barbaries penitus aboleretur, ritusque, mores & leges in melius immutarentur. Scholæ, de quibus veteres parum aut plane nihil audiverant, inſtituebantur, & inſtitutæ eruditis inſtruebantur Præceptoribus. Academia, Gymnaſia, Græcorum, Romanorumque more ita inſtituebanrur, ut egregiis exornata privilegiis, promovendæ eruditioni inſervire poſſent. O quam felix, fauſta atque fortunata eo tempore facta fuit Germania! omnis regio, omnis provincia, omnis civitas, literas ceu palladium aſſervandi, flagrabat deſiderio. Deſiderio flagrabat Luſatia; Deſiderio flagrabat in ea præter alias civitates Gorlicium. Teſtantur id monumenta hiſtorica, quæ adhuc de Schola Gorlicenſi reſtant, & quæ circa annum 1455. M. Petr. **Eſchlauer**, circa annum 1465. M. Joh. **Roſenhahn**, circa A. 1471. M. Marcum **Döring**, circa A. 1520. Alex. Cuſpianum, circa A. 1537. M. Chriſtoph. Laſium, Argent. Scholaſtici faſces



ſces moderatores, nobis ſuppeditant. Svaſu etiam Trocedorffii circa Anno 1548. Goldbergenſis Rectoris, M. Georgio Tileno Ludimoderatoris munia injuncta fuiſſe, relatum legitur. Sic Schola Gorlicenſis magis magisque inclaruit, & Præceptorum quæ induſtria fuit, crevit in melius. Eo tempore, quo Schola in urbe noſtra floruit, extra urbis pomœria ab Ottone pio, Brandenburgicæ & Luſatiæ ditionis, Marchione, 1234. in honorem S. Mariæ maj. romanæ condidum cænobium; 1255. autem ab eodem Ottone, cum civitatis fines extenderentur, hoc Fratrum minorum S. Franciſcanorum clauſtrum urbis incluſum mœnibus, nobis ponitur ob oculos. Creſcente enim Monachorum numero, p) cum cives noſtri Monachis oſtiatim mendicantibus eleemoſynas amplius porrigere recuſarent, imo quoniam jam veritatis evangelicæ, miniſterio



p) A. 1482. die Laur. nutu Cuſtodis Joh. Starckenberg ex 45. Monachis, 2. Guardianis, 19. Fratribus, 3 Capellanis, 19. Capellanis inferioribus, & 2. Profeſſis inſtitutum fuiſſe conventum, & ſententiam captivo fratri nomine Joh. Scherffling/ cum ſacris renuntiaſſet, & furto Breviarium abſtuliſſet, dixiſſe, habemus relatum.

rio Megalandri Lutheri à ſvalore omni purgatæ, convicti erant, q) tanto monachorum flagrare cœperunt odio, ut illis vix licuerit, tuto ambulare per civitatem, aut ſtare in ſacro ſuggeſtu. r) Hinc factum eſt, ut alius poſt alium desereret monaſterium, & tandem ultimus hujus cœnobii, ut vocant, Guardianus Clemens Kling, & Vice-Guardianus N. Stephanus 1543. d. 6. Junii pretioſa Senatui traderet, hac tamen conditione, ut Senatus ad dies vitæ eis præberet alimentum; quo facto Senatus, eorum commiſeratione tactus, ex ærario publico 24. florenos iis porrigi juſſit. Mortuis his, per longum annorum inter-



q) Negotiorum cauſa nonnulli pannifices (aliis Senatores) tunc temporis ſpatio quasdam in Circulo Electorali ſitas petebant urbes, cum abſolutis igitur negotiis domum redire cuperent, in itinere caſu fortuito in quibusdam pagis a vera Religione ejusque Characteribus ſermonem facere audiebant: mox divino quodam ſpiritu afflati, domum redeuntes, tacito inter ſe fœdere jure jurando ſe contra ſuperſtitionibus plenos Pontificiorum ritus, invito Senatu, obſtrinxerant.

r) Sic a quodam N. Meſſerſchmied/ cum concionem ad populum habuerit, a plebe conjecto, cum luto inquinatum fuiſſe, legimus.



lum adhuc ſuperfuit Urbanus Weisbach. s) A. 1563. d. 8. Julii præſentibus 2. Laicis Budiſſinenſibus, cœnobium una cum ſylva ad id pertinens, cæterisque juribus Senatui tradidit, cujus membra tunc aderant ampliſſima Joh. **Ungar**, hactenus Cœnobii Curator, Franc. **Lindner**, Onophius **Schnütter**, Joh. **Hofmann**, **Heinr. Pflüger**, & **Georg. Weider**. A. 1564. die 24. Julii a Maximiliano II. Imperatore impetrarunt conceſſionem, ubi legati Cæſarei t) & Commiſſarii Abbatis Saganenſis cœnobium cum omnibus pertinentiis Senatui Gorlicenſi tradentes, publicæ Scholæ locum in poſterum ſuppeditaturum conſecrabant. A. 1565. d. 22. Junii invictiſſimi potentiſſimique Rom. Imp. Maximiliani II. auſpiciis tandem incluti Senatus Gorlic. ſumptibus monaſterium Fratrum minorum ſ. ordini S. Fran-



s) A. 1570. d. 5. Octobr. ante mer. hic Urb. Weisbach al. Weißmann e vita diſceſſit. Natus Altenburgi, ex ſutore fuit Monachus. ſepultus fuit eod. die circa veſperam in Cœmeterio B. Virginis ſic dictæ θεοτόκου in dextris non procul ab introitu templi.

t) ſummus Præſes Joach. a Schlik, Regionis Luſaticæ Præfectus a Schlieben, & Nobilis a Podeniz.

ciſci conſecratum, Gymnaſii formam induit. Hoc enim die circa hor. 12. mer. Scholæ Præceptores M. Sebaſt. Rößler, Wonſidel. Ludimoderator, M. Balth. Walther, Georg. Flor-Schütz, Joh. Biberus una cum diſcipulis ex domo in averſis plateæ ſic dictæ (das Krebs-Gäßgen) adjacenti, & quæ in hunc usque diem (die alte Schule) nominatur, ſolemni ritu procedebant in cœnobium; ubi M. Petr. Vincentius, Wratislav. antea per 9. annos Academiæ Witenberg. Profeſſor clariſſimus, ad præfecturam Gymnaſii vocatus, omnium repræſentabatur conſpectui. Durante hac repræſentatione Chorus Muſicus præeunte ſuo Directore, & Organoedo organum pnevmaticum movente, cantionem de S. S. Trinitate, & veni S. Spiritus cantavit. Ad finem perductis cantionibus his, primum a M. Georgio Ottomanno Senatus ſpectatiſſimo Scabino, tum a recens vocato Rectore in lingua latina, deinde à M. Sam. Jauchio Paſtore Primario in lingva vernacula, orationes ſunt habitæ. Celeberrimus Rector Philipp. Melanchthonem, communem totius Ger-



maniae Praeceptorem, et Ioach. Camerarium Lipſienſium Graecae linguae Profeſſorem, conſulebat, quomodo recens inſtituta ſchola optime gerenda eſſet. Poſtquam igitur Vincentius horum de uniuerſo, qua cultior eſt, orbe bene meritorum virorum ſententiam exploraverat, Gymnaſium noſtrum in 6. dividebatur Claſſes, in quibus 6. Præceptores una cum Cantore juventutem artibus ſcientiisque informabant. Doctrina Religionis Chriſtianæ in inferioribus Claſſibus ſecundum B. Lutheri Catechiſmum, in ſuperioribus autem ad ductum Philipp. Melanchthonis proponebatur. Phyſica, Ethica, Dialectica, Rhetorica & Poëſis, Latina & Græca lingua tractabatur. Auctores, qvos vocant Claſſici iique præſtantiores, partim per ipſum Ambroſium Fritſchium, tunc temporis celeberrimum Gorlicenſium Typographum & Bibliopolam, typis exſcribebantur, partim ejus cura procurabantur. u) Cum M. Petr. Vincentius 3. annos

u) A. 1566. Glarani initia doctrinæ Arithmeticæ in uſum Gymnaſii committebantur prelo 8. 5. plagis.
A. 1567. Petr. Lagnerii ſententiæ, ſimilia, apophthegmata ex M. T. Ciceronis operibus univerſis; it. Hub. Suſan-

nos tempus docendo conſumſiſſet, circa initium menſis Julii A. 1569. in patriam Wratislaviam revertit, ubi Rector & Profeſſor Gymnaſii Eliſabethani cæterarumque Scholarum Wratislavienſium demominatus fuerat atque Inſpector. x) Die 21. Octobr. hujus anni M. Joach. Meiſtero, Rectori hactenus Gottingenſi, partes præfecturæ ſcholaſticæ imponebantur. y) Conſenſu totius Senatus ei adjungebantur, M.

Ludo-

Suſannæi definitiones; it. Def. Jacotii placida Philoſophorum 8. 37. plagis in lucem emittebantur; Neque minus eod. anno vidit lucem compendium præceptionum Grammaticarum Philip. Melanchthonis. 8. 15. Plagis.

An. 1568. Donati Declinationum & Conjugationum paradigmata ſtanno Ambroſiano excudebantur. 8. 13. Plagis.

x) Diem obibat M. Petr. Vincentius 1581. menſ. Octobr. Wratislav. æt. 63. cujus in honorem M. Sam. Wolff Sileſ. hoc poſuit Epitaphium:

Neſtora qui vicit Petrus Vincentius ore
Qui varias nexit non ſine laude Scholas:
Dulcia cui blandæ dictabant carmina Muſæ,
Quem poſita ſtupuit Phœbus & ipſe lyra
Qui mores hominnm multas luſtravit & urbes;
Nunc luſtrat ſuperi regna beata Patris.

y) Thema Orationis hujus Rectoris erat: Quod pietas ſit Baſis magnificentiæ Scholaſticæ.



Ludovicus Leoberg. M. Chriſtophorus Neander, z) M. Martin. Frenzel, aa) Zachar. Puſchmann, bb) Martin. Mylius, Leopold Purſcher, Chriſt. Joppe, et quoniam diſcentium numerus indies creſcebat, pauperum in gratiam 7. adjiciebatur Claſſis, cui Lucas Procurator aſſignatus eſt. cc) Viri hi eruditi nullam, qva ſcholæ hujus fama ſub Petro Vincentio comparata conſeruaretur, praetermiſerunt occaſionem. Praeſertim Duumviri M. Meiſterus et M. Ludovicus omnem in eo collocarunt operam, ut ad Gymnaſii incrementa magnus quotidie accederet cumulus. dd) Praeter alias bonas artes, ſcientias et diſciplinas quoque mathematicæ, utpote litera-



rum

z) Poſtea Academiæ Francof. ad Viadr. Philoſophiæ P. P.

aa) Scabinus.

bb) Cantor.

cc) Auditor.

dd) A. 1570. Val. Trocedorffii Catecheſis; it. ejus Epitome in uſum Imæ, IIdæ, & IIItiæ Claſſis typis excudebatur. 8. 28. plagis.

An. 1577. Mart. Cruſii Grammatica græca & latina ſvaſu Joach. Camerarii ſtudio Duum virorum Gorlicenſium edebantur in lucem. 8. 26. plagis.

rum ſtudioſo maxime neceſſariae, publice traderentur; rerum enim naturae ſagaciſſimus et matheſeos peritiſſimus Barth. Scultetus ad tractandam hanc doctrinam conſtituebatur. ee) Eo temporis tractu Praeceptores inter ſe ita partiti ſunt lectiones, ut Latinos et Graecos auctores Ludovicus, Mylius artem Logicam, Meiſterus Poëtas explicaret, ſtylique exercitationes ac meletemata oratoria urgeret. Quamuis igitur celebratiſſimi huius Meiſteri fama longe lateque diuulgata eſſet; more autem ſolito pro beneficiis proſcindebatur calumniis, lacerabatur falſis criminationibus, imo omnes ex mellifluo ejus ore promanantes ſermones callida et malitioſa interpretatione malam in partem uertebantur. Hac rerum facie inimici exoptato ſtipati ſucceſſu, rem eo deduxerunt, ut in tali loco alterius commorandi captus tædio, A. 1584. d. 26. Sept. munia Rectoratus Gorlicenſis cum Bremenſi commutaret, ff) & Gymnaſii Gorl. praefecturam ſoli Ludovi-

ee) Accepta vocatione Profeſſionem Mathematum ſolemni & erudita Oratione de Antiquitate & uſu Arithmetices in Auditorio majori inchoabat.



ff) Schreiben M. Joach. Meiſteri an einem Edlen Rath zu Görlitz.

## Ehren-Veſte, Achtbare, Wohlweiſe Herren!

Ew. Edl. und W. habeu ſich zu erinnern, wie ſie andere, auch unter denen, die allhier fremd ſind, wenn ſie um Verbeſſerung ihrer Beſoldung gebeten, ſie haben den Vocations-Brief aufzuweiſen gehabt, oder nicht, entweder mit Verbeſſerung ihrem Begehren nach, oder mit Verehrung, oder ſonſt etwa mit Geld-leihen, das ſie eintzelu möchten wieder geben, vergnüget und befriediget. Mir aber auf meine Vocation und deren Heimſtellung, der ich nun 15. gantzer Jahre treulich gedienet, die Schule ohne Ruhm und allen Zweiffel für andern, wer die auch ſeyn mögen, auch an denen Orten bekannt gemacht, da ſonſt vielleicht dieſes Ortes Nahme nicht hinkommen wäre, und was ich alles dabey gethan habe, (wie ich den mehrentheils Haus-Eſel geweſen) iſt vor alle meine gehabte und angewendete Mühe und Arbeit nichts anders, denn aus lange gefaſteten Neid und ungeurſachten Haß und Groll, und nur darum, daß ich ein Einheimiſcher bin, und vielleicht denen Fremdlingen im Wege ſtehe, daß alles verſagt und abgeſchnitten, eben demnach, wie der Herren Kinder in ihren Gelachen und beym Spiele ſchon ohnlängaſt ſich verlauten laſſen, daß da ich nur käme, und Urlaub ſuchte, oder darum etwas begehrte, ich meinen Beſcheid wohl bekommen würde, die doch etwan zur Zeit viel anders geredet haben. Wenn denn, ob ich ſolches bey dieſer Schule gethan habe, und ob ich ſolcher Entgeltung gewärtig ſeyn ſollte, vielleicht anders und ehe ſoll erkannt werden, denn wenn ich Herr Neidhardten aus den Augen bin, und ich mich bey Ew. E. und W. keiner Verbeſſerung, oder ſonſt einiger Beförderung, (damit nicht andern, denen mans lange gerne einſtecken wollen, die noch nicht ſatt ſeyn, etwas entgienge) zu getröſten habe, als will im Nahmen der allerheiligſten Dreyfaltigkeit auf nächſt-kommendes Quatember Crucis mit den Meinigen, auch allhier gezogenen und gebohrnen nach Brehmen mich erheben, in Hoffnung daſelbſt meine Mühe, Arbeit und treue Dienſte

Dienſte in plantandis literis nicht ſo wenig, wie allhier in meiner Heimath, daß ich, GOtt weiß es, ſo treulich meyne, als einer, wer der auch ſeyn kan, mit allen ſeinen Einwohnern, Einkömmlingen und Fremdlingen (die doch den Platz haben müſſen, in GOttes gnädigen Schutz, Segen und Schirm befohlen haben. Bittend, Er wolle allen unwiſſenden böſen Eigen-Nutz und Geitz ſteuren und wehren, und ihm es treulich laſſen befohlen ſeyn. Wenn denn mir von einem Rathe, und ſonſt iemands Guts und Liebes wiederfahren, neben dem, daß es GOtt wird vergelten, will auch ich nicht vergelten, nnd denſelbigen es Danck wiſſen, mein Lebenlang. Hiemit was ich Neides, Böſes, Tücken, Untreu, Verleumdung empfunden, ob ich das dem gerechten und ſtrengen Richter H. JEſu Chriſto will heimgeſtellet und befohlen haben, ungezweiffelter Hoffnung, Er werde meine Unſchuld rächen, ſo will ich es doch nicht vergeſſen. Denn das Gute ſoll man loben, und das Böſe ſoll man ſchänden vor iedermanniglich. Hiermit in GOttes Allmacht befohlen. Daß auch Ew. E. und W. wiſſen mögen, daß ich nicht müßig gegangen habe dieſe 15. Jahre, ſo ſind die Lectiones welche ich ausgeleſen, und noch in Händ=n habe, in prima Claſſe verzeichnet. Dial. 6. mal ſind 24. Bücher. Virgil. Georg. 4. Bücher Æneid. 12. Bücher, Vidæ de arte poët. 3. Bücher 2. mal. Etliche Opuſcula und Epiſteln Horatii. Cæſaris 9. Bücher. Xenoph. 2. Bücher. Inſtitutionum Juris 3. Bücher bis ad lectiones. Offic. Cicer. 2. Bücher. Ethic. Philipp. 2. Bücher und viele andere. Sind alle zuſammen 64. Bücher. Uberdiß habe ich die Evangelia gehalten, geſchrieben und recitiret, welche ein Theil in Druck gegeben, ein Theil nicht, daß ich nicht zweiffele, es habe dieſe Schule einen Nahmen davon bekommen; wie ich denn wohl weiß, was ich für Briefe von vornehmen gelehrten Leuten, die ich auch mit Augen nicht geſehen, wie denn ſie mich auch nicht von vielen fremden Orten bekommen habe. Hätte mich auch damit ſchmücken und venditiren können, wenn ich ſo viel von meiner Farbe hielte, daß ich andere, mich zu rühmen, verkleinern wolte. Mit Verſenſchreiben, wie es gerathen, iſt am Tage, ihrer viel haben ſo einen reinen lateiniſchen Vers lernen ſchreiben, daß ſie das faſt allen Profeſſoribus Poëticis auf den mächtigſten hohen Schnlen bevorgethan, ausgeſchloſſen Major, der dawider lieſet zu Wittenberg. Ich kan der einen oder etl. noch fürſtellen in unſerer Schulen, ob man ſagt, ſingula ſecula vix ferre ſingulos poëtas: das iſt meine Arbeit geweſen. Die andern haben noch keinen abgericht, der in ſoluta dergleichen geſchrieben.



dovico relinqveret. gg) Huic Ludovico d. 28. ejusd. menſis in ſolemni conventu, praeſentibus ampliſſimo Senatu, et aliis Reipublicae literariae fautoribus, ä M. Georgio Ottomanno, Viro conſulari et Syndico hujus ciuitatis, latina oratione memoriter recitata injunctum fuit ſcholæ regimen. Munere hoc exornatus Ludovicus, omnes induſtriae intendebat neruos, ut ſchola haec ſub ſuo regimine magis magisque inclareſce-

 ret,

gg) An. 1587. d. 20. (al.) 27. Febr. Bremæ M. Joach. Meiſterus e vita diſceſſit, cum 2. annos, 4. menſes, & 29. dies Rectoris officia ibi adminiſtraſſet, æt. ſuæ. 54. 3. M. 9. D. Gorlicii natus eſt 1532. d. 1. Nov. Pater ejus Oswald Meiſter Pharmacopola 2. matrimonio ſibi junxerat uxores, ex qua una, Margaretha Joh. Appelers filia ſuſcepit Zach. Meiſterum, An. 1585. ut Collega Gymnaſii peſte conſumptum, ex altera Dorothea George Kletts Notarii filia genuit Joſeph. Meiſterum Paſtorem pagi ſic dicti Rothwaſſer A. 1595. conſtitutum, ut & hunc M. Joach. Meiſterum. 5. Scholas gubernavit: Laubæ, Elbingæ, Gottingiæ, Gorlicii & tandem Bremæ. d. 30. Martii ejusdem anni 2. paſchatis hoc loco in templo P. & P. finita concione, cum ejus mors denuntiaretur, in ſui honorem ducebantur exequiæ. In Choro breve canticum muſicum 5. vocum ſonis: Si bona accepimus e. ſ. p. decantabatur, omnibusque campanis edebatur ſignum. Uxor ejus Anna Joach. Goritzens filia A. 1529. erat nata.

ret, et indies augeretur. Sed peſtis perquam noxia propoſitum eius interrumpebat, cum ſequenti anno 1585. tota fere Luſatia tabe hac peſtifera devaſtata, urbs noſtra non multos tantum urbis incolas, ſed plurimos etiam Gymnaſii amiſit ciues. Hinc peſtilentiſſimo illo anno d. 3. Sept. lectionum publicarum frequentatio ob commemoratam contagionem, continua quaſi rabie furentem, ad tempus ſublata fuiſſe legitur. Cum autem anno ſequente intemperies coeli et ingens Libitinae furor inſanire deſiiſſet, ſtatim M. Ludovicus cum Collegis M. Mart. Mylio, M. Barth. Sculteto, M. Barth. Kislingio, hh) Georg. Rhonio, Gregor. Hauffio, et Gregor. Richtero ſcholam denuo inſtaurauit, et Rom. more in claſſes, tribus, decurias, e. ſ. p. diſtribuit. Reſtaurata ſchola, non tam in priſtinum, quam in meliorem potius, ſecundante Deo, redacta fuit ſtatum, ſiquidem ex hiſtoricis accepimus monumentis, A. 1590. alumnorum primi Auditorii numerum 160. impleuiſſe. Ludovicus autem cum 1591. d. 11. Ian. apo-

hh) A. 1596. d. 1. Jul. ☽ poſt 3. ☉. Trinit. circa hor. 8. veſperæ diem obibat ſuum Barth. Kiesling. Sepultus ſuit d. 5. Jul.



apoplexia correptus, muneris dignitatem amplius tueri non poſſet, M. Martin. Mylio, Pro-Rectori longe meritiſſimo uicaria Gymnaſii committebatur praefectura, imo cum 1594. d. 15. Febr. hor. 3½. poſtmerid. exſpiraſſet, ii) ex graui totius ſenatus propenſione Mylius hic inſignibus faſcibusque Rectoris exornabatur. Novus hicce Rector, qui Sub-Rectoris, Con-Rectoris, et tandem Pro-Rectoris officia per 26. annos fideliter et inter graviſſimos labores percurriſſet, non ignorabat, munia Rectoris ea, qua fieri poſſet, uigilantia et cura gerenda eſſe, die et nocte ſummis contendebat uiribus, ut ſibi impoſito onere ſcholaſtico rite fungeretur, ita quidem, ut auditorum ſalus non negligeretur, ſed promoueretur. Hinc nullam, qua iuuentutem ſiue proſpera arrideret for-

ii) M. Laur. Ludovicus natus erat A. 1536. d. 8. Aug. Leobergæ in Sileſia. Cum Gorlicii e vita diſceſſiſſet, ob merita ſua (Gymnaſium enim 30. ferme annos rexit) corpus defuncti a Nobilibus, eo tempore in Gymnaſio noſtro ſtudia colentibus, more ſepulchrali in cœmeterium ad humandum portabatur. ætatis ſuæ 50. A. 7. M. 28. D. In mortem hujus celeberrimi Viri ſcholaſtici Academiæ: Witemberga, Marpurgum, Helmſtadium, Francof. ad Viadr. Orationes conſcripſerunt & Verſus.

fortuna, ſiue aduerſa terreret, kk) iisque ad A. 1608. bonis artibus inſtruxit et moribus. Hoc autem anno Caſp. Dornavius Ziegenrücka-Variſcus, Phil. et Medicin. D. ll) auctoritate ampliſſimi Ordinis ſenatorii in locum Mart. Mylii, mm) toto ordini Scholaſtico, per D. Georgium Ludovicum eius temporis Syndicum, erudita habita oratione, nn) repraeſentatus fuit.

Cum

kk) Miſerrima hoc tempore erat Orthodoxæ Eccleſiæ facies, cum Crypto-Calviniſtæ, inprimis D. Sal. Gesnerus P. P. Witembergenſ. multas, non in Sileſia tantum, ſed etiam in Luſatia, novarum rerum cupidorum more, excitaſſet novitates; Multis igitur commotis turbis hunc etiam Mylium ob Philippiſtas ei odioſas, omnem faceſſit moleſtiam. Mylius autem hac de illata injuria clamorem ad ſidera tollens, Deo ſuum committebat negotium. Animum itaque immobilem teſtaturus, ex ſuo nomine compoſitum Anagramma: Mi trinus aſylum, utebatur ſymbolo.

ll) Orator hic ſui ſeculi atque Polyhiſtor eximius Galliam, Italiam, Angliam & Bataviam peragrans, in omni eruditionis genere incomparabilem ſibi acquiſiverat theſaurum: Artis Machaoniæ promovendæ cauſa A. 1604. d. 24. Jul. Baſileæ Doctoris titulo exornabatur.

mm) Viribus debilitatus atque mœrore enervatus hic Mylius crebris præcibus Senatum efflagitabat, ut Rectoris munia ab eo aufferrent & alio imponerent.

nn) Thema Orationis erat: Quomodo ſeveritas ac lenitas in Rep, & in Schola gerenda ſit.



Cum hic Dornavius, defuncto Anteceſſore oo), plena Rectoratus poteſtate inſtructus eſſet, huius incomparabilis Viri fama per circum iacentes regiones percrebuit. Fidei ipſius iuuentutem ſuam crediderunt Proteſtantes regni Bohemici, imo ex aliis quoque regionibus non paucos ſtudiorum cauſa Gorlicium demigraſſe, accepimus. Schola autem creſcente, peſtis pariter et inuidia omnem in eam exercuerunt ſæuitiam, quæ circa A. 1612. initium capiens, effecit, ut per aliquot hebdomadas uacaret Gymnaſium. Tandem inuidorum calumniae eum, ut Gorlicio ualediceret, et Praefecturam Gorlicenſis cum illuſtris Gymnaſii Bethanienſis Praefectura immutaret. In Dornarii huius locum ſucceſſit M. Elias Cüchlerus, Gorl. meritiſſimus hactenus Gymnaſii huius Pro-Rector, qui ſequenti anno

d ab

oo) A. 1611. d. 27. Jul. ante mer. hor. $5\frac{1}{2}$. M. Mart. Mylius ſuum Deo reddidit Spiritum, cum 30. & quod excedit, annos Gymnaſii faſces gubernaſſet, æt. ſuæ An. 68. Vivus adhuc ipſe ſibi hoc poſuit Epitaphium:

Mortuus hic jaceo Mylius. quis curat? ut omnis
Negligat hoc mundus, ſcit tamen ipſe Deus.

ab Ampliſſimi Senatus Syndico fama celebrato Godofr. Glych. â Milziz pp) introductus egregiam orationem de Educationis praeſtantia cum Auditorum omnium applauſu recitauit. Quo facto ſecundum curriculum ſtudiorum Gorl. A. 1584. iuſſu M. Laur. Ludovici typis expreſſum, lectiones ſtatui illius temporis accommodatas redegit in ordinem. Qvanto maius autem ſtudium Cüchlerus hic in eo collocauit, ut ſcholae flos conſeruaretur continuus, tanto magis ei reſiſtebat fortuna. Belli tricennalis furor, exinde orta annonae caritas, neque minus caritatis annonae proles, peſtifera contagio, hunc aduerſis quaſi auſpiciis natum Virum ita uexarunt, ut ſucceſſu temporis uires ſui corporis ualde imminutas deprehenderet. Tandem 1632. graui correptus febri, d. 11. Oct. eiusdem anni miſeram uitam læta morte finiit. A. 1637. d. 12. Iul. M. Martin. Mollerum, Mart. Molleri, Primarii noſtrae ciui-

pp) Thema Orationis Glychii hujus a Milziz in hoc actu inaugurali erat: De cauſis & remediis corruptæ hoc ævo diſciplinæ Scholaſticæ, ruinæque Scholarum Trivialium.



ciuitatis uigilantiſſimi, tanto patre dignum, Gymnaſii praefecturam ſuſcepiſſe nouimus. Hoc Rectore, cum flammae nondum extinctae eſſent, ſed rapinae, praedationes, latrocinia, aliaeque bellorum furiae totam hanc regionem infeſtarent, quid mirum, quod fere conticuerint Muſae? Triſti hac rerum facie, cum multis, iisque acerbis fatis uexatus, in primis oculorum acie hebetata, affligeretur, M. Dauid. Vechnerum, Freiſtadio-Sileſium, A. 1636. conſenſu et unanimi auctoritate Ampliſſimi Ordinis Senatorii in Gymnaſii praefectura ſibi adiungi curabat. qq) Mollero 1649. d. 9. Mart. terris ultimum ualedicente, rr) ſubſtituto ſucceſſori plena Gymnaſii huius iniungebatur cura. Quoniam autem cicatrices, a Bellona et Morbona praeteritis annis Gymnaſio Muſisque inflictae, nondum obductae erant, recens electus Vechnerus in eo occupatum habebat animum, ut ſcholae ſtatus in meliorem redi-



qq) Cum hic Vechnerus ad Præfecturam Gymn. Gorl. vocaretur, ei ſimul vocatio ad officium oraculorum divinorum ſuperioris ſymmiſtæ offerebatur.

rr) Corporis vinculis relaxatus fuerat hic Mollerus hac die hor. 3. ante mer. æt, ſuæ 62, A. 20. Hebd.

redigeretur ordinem. Cum ſcholam per aliquot annos ea, qua par erat, fide gubernaſſet ac diligentia, poſt obitum Gotthardt Hellwigii, hactenus Paſtoris Primarii, ad graue Paſt. Prim. munus A. 1662. d. 20. Iun. uocatus, A. 1666. ſcholaſticum reſignauit officium. Quo facto **Chriſt. Funccius**, Freiberg. clariſſimus huc usque Altenburgenſis Gymnaſii Rector, eodem anno opera inprimis Ioh. Gehleri Pro-Syndici electus, uocatus, et, cum d. 30. Nov. Gorlicium veniſſet, tandem Oratione ss) d. 15. Dec. habita, Gymnaſii praefecturam ſubiit. Non Luſatia modo, ſed exterae etiam gentes indefeſſi huius Herculis ſcholaſtici admiratione captæ, filios ſuos ipſius fidei commiſerunt, informandosque ac perpoliendos tradiderunt. Curonia, Liuonia, Pomerania, nec non Marchia tantam in eo collocarunt fiduciam, ut Gorlicium alia omnia Muſarum domicilia ſuperare uideretur. Habitæ Diſputationes, Actus Oratorii pariter ac Dramatici, eruditis ſtipati programmatibus, tantam

ei

ss) Oratio hæc inauguralis ſ. Salve Gorlicenſe de Icaro Scholaſtico agebat.



ei acquiſiuerunt gloriam, ut fama eius in Italiam etiam penetraret et Hollandiam. Quanto magis igitur per uniuerſum fere terrarum orbem ſparſa fuerat eius fama, eo triſtior A. 1695. d. 19. Iul. Gorlicenſibus fuit celeberrimi hujus Funccii obitus. Rectore hoc mortuo, Ampliſſimus Reip. Gorl. Senatus iterum cogitationes ſuas dirigebat ad urbem eruditionis fertilem, puto Altenburgum, ubi eleganti ſcientia ornatus **M. Sam. Groſſerus**, totum ferme luſtrum juuentuti ſibi concreditæ bono exemplo facem jam prætulerat, dum ei unanimi totius Ampliſſimi Collegii Senatorii decreto, eodem anno



d. 24.

tt) M. Sam. Groſſerus An. 1664. d. 18. Oct. Paskerwicii, pago in Ducatu Oelsnenſi ſito, natus erat. Pater ejus, M. Sam. Groſſer/ Paſtor loci, eum, cum 8. annum ageret, Brigæ inſpectioni celeberrimi Rectoris M. Gottfried Thilonis de Thilau commendabat. Per aliquod temporis ſpatium hoc loco commoratus, Chriſt. Weiſii, famigeratiſſimi Gymn. Zittav. Rectoris, ſe concredidit fidei. A. 1684. ſe conferens in Academiam Lipſienſem ſtudiis ita incubuit, ut A. 1688. maxima gloria titulo M. condecoratus fuerit; An. 1690. Lipſiæ Con-Rectoris officium ad Scholam Nicolaitanam ei offerebatur; poſtero anno d. 10. Aug. Gymnaſio Altenburgenſi Rector præficiebatur.

d. 24. Sept. mittebatur vocatio. Cum igitur ductui huic diuino non reſiſteret, ſed lubenti animo pareret, menſ. Octobr. petiit Gorlicium. Aliquot, poſtquam ad veniſſet, elapſis diebus, a Sam. Knorrio, Conſule grauiſſimo, nec non Com. Pal. Gymnaſii, faſces & ſecures more recepto accipiebat. Hoc humeris ſuis impoſitum onus Scholaſticum, ut Hector fortis & animoſus, habita oratione nitidiſſima ingreſſus eſt. uu) Poſt hæc Populum Scholaſticum per 40. annos ſumma fide, ſummo candore, ſummaque ſedulitate gubernauit, &, cum mihi ipſi ultimis annis & ad ſuſcipiendum & ad ingrediendum ſtudiorum meorum curſum auctor ſvaſorque extiterit, inficias ire mihi non licet, quod, etſi ætate maxime debilitatus eſſet, tanta tamen diligentia & tanto ſtudio juuentuti ſibi concreditæ præluxerit, quantum vix unquam ab alacri & ſano Rectore requiri potuerit. Mortuo denique illo A. 1736. d. 24. Jun. Rectorum hujus Athenæi ſeries excipiebat M. Fridericum Chriſtianum Baumeiſterum, Gothanum, Academiæ Witem-

uu) Thema Orationis hujus erat: De flore Scholarum.



tembergenſ. quondam Adjunctum meritiſſimum, qui adhuc maxima cum laude ſummi Numinis nutu hoc gubernat Gymnaſium. Habetis, Viri Magnifici, Prænobiliſſimi, Excellentiſſimi, Ampliſſimi, ſumme Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, nec non Doctiſſimi, Gubernatorum atque Præſulum Auguſtei noſtri, quem hic enarrare potui, ordinem. Videtis hic ſummi Numinis magnalia, quorum in Gymnaſio noſtro lætitiæ ſpiritus hodierno die diſperſit ſemina. Videtis beneficia, quæ ſummus Jehova Muſis noſtris exhibuit, quas ex tam periculoſis & timoris belli aliarumque calamitatum pleniſſimis temporibus eripuit, & palladio ſuo texit. Tot Reges, tot Imperatores, tot denique Electores Domus Saxonicæ ſeruauit; Deus, qui Gymnaſium hoc ſuis curis adſcripſerunt, & matris ad inſtar maximo ſtudio aluerunt. Mens mea ſtupeſceret, lingua rigeret, vox tandem faucibus hæreret, ſi omnia Gymnaſio huic exhibita beneficia recenſere vellem. Ut autem ad ſcopum meum redeam, coronidis loco, Vobis Auditores omnium Ordinum Spectatiſſi-

tiſſimi, pro magno honore, quo hodierna luce me exhilaraſtis, dum mihi Valedicturo tam proclives præbuiſtis aures, gratias ago quam maximas, obſequioſas & officioſas. Vale itaque, Senatus inclutæ urbis hujus ac patriæ meæ Ampliſſime. Vale, Reverendum Eccleſiæ Miniſterium, & nominatim ſumme Reverende Joh. Daniel Geißler, Primarie de Eccleſia noſtra longe meritiſſime, neque minus Melch. Schæffere, ædis ad S. S. Trinitatem ſacrorum Antiſtes vigilantiſſime, ut cognatione mecum conjuncti. Valete, Præceptores; Vale, Baumeiſtere, Rector hujus Gymnaſii meritiſſime, qui nunquam in me ſtudiis ac bonarum artium diſciplinis imbuendo defatigatus fuiſti. Vale, æſtumatiſſime Myli, Pro-Rector dulciſſime, Hoſpes ſuaviſſime, ac paterno cultu ad cineres usque devenerande Præceptor, qui me ad ſtudia Academica rite præparaſti, vitæque meæ egregias præſcripſiſti regulas. Vale, Müllere, Con-Rector honoratiſſime, qui animum meum doctrina excoluiſti. Vale, Eichlere, Sub-Re-





ctor ſpectatiſſime, qui ſtudia mea multum adjuviſti, & fideli inſtitutione mihi ad ſolidam eruditionem aperuiſti viam. Valete tandem Fautores; Valete Amici, item Propinqui; vale in optimo ætatis flore conſtituta & in ſpem futuri ſeculi nata corona ſcholaſtica; valete ſinguli atque omnes, & mihi Valedicenti favete. Dixi.

---

QVod felix fauſtumque ſit, ſubſellia noſtra relinquere, altiora petere paras. Id quod me, cur enim diſſimulem, varie afficit. Cur enim nunc propter abitum tuum non moerore langueat animus, iucundo tuo conſortio hucdum tam frequenter corroboratus. Cur contra non inſignem animi copiam, laetitiam, qui probitatis ſolertiaeque tuae ſat luculenta perſpexiſſe mihi uideor documenta! Quae uere ſi acrius mecum penſito, negare non poſſum, triſtitiam meam minui, minui uero! quin etiam fore diſſolui. Cum enim inpoſterum pietatem in DEVM, ut fore confido, ſanctiſſimam ſis caſtiſſimamque aſſeruaturus, qua non ſtipabit te DEVS diuinarum, humanarum rerum, pulcherimarumque omnium copia! Cum ſemper in virtutis, ſtudiorumque tuorum perſtiteris tramite, quibus quaeſo malorum inſultibus tu ad ſeceſſionem a re-

cto, ſalus ad perniciem propelli poterit? Quae cum ita ſint, ut ſunt omnino, nihil eſt, quodme auocet, quominus optimo ſummi Numinis praeſcripto cedam ſubmiſſius, et omnem fere triſtitiae eiurem ſenſum, cum ex praeſtructis natiuo quodam ordine adſcripta pronaſcatur praedictio: *Quamdiu NAEVIVS uitae ſuae tuebitur munus, tuebitur ad ipſius, qui dedit, qui conſeruat, quidenique arbitratu ſuo repetet, ſummi DEI, uoluntatem obſeruandam, promouendam gloriam. Sic pietate condecoratas mirum quantum implendo adaugebit fructus patriae, deſudando euehet literarum ſtudium, adiuuabit bonos et honeſti cupidos. Quae ut rite perficere, officiique tui partes ſatis bene poſſit exequi, adminiſtrabit, commodabit, ſuggeret, DEVS Opt. Maximus, gratiam, animum, ualetudinem, inconcuſſasque mentis corporisque uires. Ipſe autem innumerorum bonorum corona diſtinctus, tantum aberit, ut ullius amicorum memoriam ex animo ſuo effluere patiatur, ut illaeſam potius eorum cuſtodiat, qui id ipſum quoque illi ſancte pollicentur, ingenueque recipiunt.*

**Daniel Gottlieb Riech,**
Gorl. Luſ.

---

So will, gelehrter Freund, Dein rühmliches Bemühen,
Dein tugendhaffter Fleiß, Dein würckender Verſtand,
Dein Ruhm, den Du erlangt, noch immer höher ziehen.
Dein Ruhm, der Görlitz ſelbſt viel Vortheil zugewandt,
Und der ſich ſtets bemüht, durch Gründlichkeit der Sachen,

Miner-



Minervens Heiligthum durch Dich berühmt zu machen:
Ach ja, die Wiſſenſchafft kan niemahls müßig ſtehn,
Und will wie jener Geld noch immer weiter gehn.
Schon recht! ein hoher Geiſt ſchließt die erworbnen Schätze
Nicht, wie Diogenes, in leere Fäſſer ein,
Sein Feuer dringt empor, und läſt die goldnen Netze,
Die Geld und Ehrſucht ſtreut, ſich nicht im Wege ſeyn.
Und wenn der magre Geitz, den Durſt mit Gelde ſtillet,
Und wenn der Hochmuths-Geiſt, den Kopff mit Titteln füllet,
So merckt ein kluger Sinn den abgeſchmackten Wind;
Warum? er weiß zu wohl, was Kunſt und Tugend ſind.

Wohlan, ſo zeige denn durch Dein erworbnes Wiſſen,
Was unſer Muſen-Sitz vor theure Lehrer hegt,
Und wie Baumeiſters Fleiß den dunckeln Flohr zerriſſen,
Der ſich durch Unverſtand vor manches Auge legt.
Ja zeige, daß wir hier nicht bloß auf Wirthſchafft dencken,
Indem wir Sinn und Geiſt zu ſchönen Sachen lencken.
Ihr Muſen ſeyd voraus ſchon auff ein Lied bedacht!
Wenn ſich mein werther Freund durch Weißheit gröſſer
macht.

Dieſes ſchrieb zu beſtändigen Andencken
**Johann Willhelm Tralles,**
ein Schleſier.

---

Ω σύ φίλων κάλλιστε, καὶ ἂν προφερέστατε πάντων,
λάμπρον παιδοτρίβου φῶς θαυμασιώτατον ἄνθος,



Πο-

Πολύφατον τε κλέος, πέφυκας φρονιμώτατος εἶναι,
Τίς μη θαυμάζει, ὁράων φιλογράμματον εἶναι·
Τὶς μὴ ἡγεῖται καλὸν, ὅς περὶ γράμματα ὄρθα,
Πάντοτε σπουδάζει, καὶ φεύγει ὄκνον ἄηλον·
Ταῦτα σὺ πραξάμενος φίλε μοι κυριώτατε πάντων
Ἐξ πατρίδος τερπῆς ἀκαδήμιαν ἅρματι σπεύδεις
Ὥστε μαθεῖν φρονίμως τὰ μαθήματα, γράμματα ὀρθὰ
Ἤδη, ἐυχόμενος τὰ, καὶ ὄλβια, δέσκελα πάντα
Μάνθανε ἐυ φρονέειν προσέχων ἀρετῆσιν ἀγάυοις
πράεσιν ἂν τε λόγοις, ἔργοισι, τ' επωφελίμοισι·
Ἡ ἀρετὴ πάντων ἀγαθῶν θησαυρὸς ἄριστος
Ναὶ υι σὺ ῆς ὑγιὴς, δεόμαι, ἔῤῥωσο μάλιστα·

Ταῦτα ἐγράφθη ἀπὸ
Ἰωάννου Καρόλου Παυμειστέρου·
Korn. Thuring.

---

DEr Pöbel pflegt öffters vernünfftig zu nennen,
Was andere vor albern und thöricht erkennen,
Man ſiehet, daß deſſen unneblichter Geiſt,
Die Reichen und Hohen viel ſceliger preiſt,
Als die ſich der Tugend und Demuth ergeben,
Und nicht ſo, wie andere, am Weltlichen kleben,
Er ehret und liebet, was äuſſerlich prangt,
Weil ſelbſten ſein Hertze nur dieſes verlangt:

Ver-



Verachte dahero, was alberne Seelen
Zu ihrem vermeynten Vergnügen erwählen;
So reiſe beglücket zur Pleiſſen-Stadt hin,
Und ändere niemahls den itzigen Sinn.

Dieſes ſchrieb dem Herrn Bruder zu Ehren
Johann Friedrich de Berg,
Grosk. Nobilis Luſ. infer.

---

TUgend auszuüben, in der Gelehrſamkeit immer mehr und mehr zuzunehmen, ſind DERO beſtänge Bemühungen: Dieſer unermüdete Fleiß kan demnach nicht anders, als mit den gröſten Ehren-Stellen, belohnet werden; Eine ſolche Belohnung nebſt allen beſtändigen Vergnügen wünſchet

Ein getreuer Freund
Gottlob Neumann, Budiſſ. Luſ.

---

DEVS te, Amice præ millibus dilecte minimeque fallax, omni fortunarum genere coronatum, incolumem ſervet, et ita TE ſervet, ut nunquam ſervatus, ſed perpetuo ſalvus eſſe poſſis.

Amica mente ac manu ſcribens, paucula hæc in perpetuam memoriam conſcribere voluit
Joh. Chriſtophorus Goeldnerus,
Gorl. Luſ.

---

Χαίρειν.

Ἐν παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μόνον ἐπαινεῖται, ὅ αὐτῷ ἰδιόν ἐστιν, οὐχ ὃ ἐστιν ἐξωτικὸν, ἀλλό-

ἄλλοθεν κατα βαῖνον. ἡ περὶ αὐτὸν ἀπολάμπον· Ἀληθῶς τὸ οὐ τοῖς ἰδιοῖς, ἀλλ' ἀλλοτρίοις κοσμεῖσθαι, μεγάλην προσφέρει ἀτιμίαν· Ὁ κολοιός ποτε κατεγελᾶτο, ὅτε ἡ γλαῦξ τὸ πτερὸν αὐτῆς βλέπουσα μετὰ ἑτέρων τῶν ὀρνίθων τὰ πτερὰ αὐτῶν αὐτῷ ἀποσπωσῶν, τὸ αὐτὸ ἀφεῖλε· Διὰ τοῦτο διαπονητέον ἐστὶν, ἵνα οὐκ ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις κοσμηθῶμεν. Τοῦτο, ὦ ΠΟΛΥΦΙΛΤΑΤΕ, ἐξονύχων ἀπαλῶν τῇ διανοίᾳ σου καλῶς κατενόησας. Τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς τοῦ θυμοῦ ἀγαθοῖς πρῶτον πάντοτε ἤσκησας, γνοὺς, ὅτι αὐτὴ πᾶσαν τὴν εὐδαιμονίαν μεθ' αὐτῆς περιφέρει Μετὰ τῆς εὐσεβείας ἀκριβῶς συνεδύασας τὴν ἐν γνώσει τῶν ἀγαθῶν ἐπιστημῶν σπουδήν. Ταῦτα δυό εἰσὶ τὰ πτερὰ, οἷς διὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων στόματα ἤδη ἵπτασαι, καὶ μᾶλλον εἰσέτι ὑψήσῃ. Ταῦτα δύο εἰσὶ τὰ πτερὰ, ἃ μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριτα καὶ τὴν τῶν διδασκάλων σπουδὴν, σοὶ αὐτῷ εἰκότως προσλογίζῃ. χρῶ αὐτοῖς ἐν τῇ ἀκαδημίᾳ ζησόμενος. Χρῶ αὐτοῖς ἐν παντὶ τῷ βίῳ σου. χρῶ αὐτοῖς ἀδιαλείπτως· καὶ πάντα σοι συμβήσεται εὐδαιμονέστατα.

Ita abiturienti acclamavit

Chriſt. Godofredus Büttnerus, *Gorl. Luſ.*

Souff-



Souffrés, que je vous dise encore deux mots de la maladie de l'esprit, à fin que vous y tachiés de la guerir de bonheur:

De toutes les maladies l'ignorance eſt la plus dangereuse, Car il n'y a pas de remede, qui puiſse la guerir, ni de flambeau, qui puiſse diſsiper ses tenebres, ni de confortatif dans toute la medicine, qui puiſse la faire revenir de ses égaremens.

*Bon Voyage.*

Henry Gottlob Modrach,

Gorl. Luſ.

---

Ein Ochſe friſt nur Stroh; was ſoll der Kuh' Muſcaten?
Vor Hunde wirfft man nicht die Schwein- und Kälber-Braten:
So dencke, werther Freund! wenn ſchon der Pöbel lacht,
Und die Gelehrte gleich zu Grillen-Fängern macht.
Indeſſen lebe wohl! und ſuche mit Bemühen,
Dich ſtets der Unvernunfft des Pöbels zu entziehen.

Dieſes wenige wolte dem Hrn. Bruder wohlmeynend mit auf den Weg geben

Chriſtian Gottlob Adolff de Noſtiz,

GrosR. Nobilis Luſ. ſuper.

---

*Monſieur,*

En ſouhaitant, que VOTRE VOYAGE soit bien heureux, et que tout VOUS reüſsiſse bien! resouvenes VOUS de ce proverbe:

Des

Des recipés des Medicins, d'un Medicin ignorant, en cas de besoin, d'une feme, qui se farde, d'un valet, qui se regarde, de du boeuf salé sans de moûtarde, Dieu nous garde!

Je serai à jamais
*VOTRE obeisſant serviteur et ami*
Joan Gottlob Modrach, *Gorl. Luſ.*

---

VT DEVS cujus nutu ac conſilio omnia, quæ videmus, geruntur, non modo omnem mali molem a cervice TVA depellere, ſed TE etiam omni omnium fortunarum genere coronatum, incolumemque ſervare velit, ex intimo cordis affectu optat

in viſceribus & medullis TVIS hæres
Carolus Wenceslaus Emericus, *Gorl. L.*

---

Du wilſt, geliebter Freund, aus unſren Mauren ziehen,
Und wendeſt Deinen Fuß zur ſchönen Linden-Stadt;
Der Himmel laſſe dort Dein Wohlergehen blühen!
Derſelbe mache Dich mit ſeinen Segen ſatt;
Damit wir insgeſamt aus Deinem Heyle leſen:
Derſelbe ſey beglückt, und tugendhafft geweſen.

Dieſes wenige ſchrieb dem Hrn. Bruder
zu ſtets währenden Andencken

Johann Adolff de Berg,
Grosk. Nobilis Luſ.
infer.

BIBL. UNIW. WROCŁAW

O! theurer Freund!
Geliebter Nåve!
Wohin flieht Dein getreuer Fuß?
Du ſprichſt mit halb verbrochnen Worten:
Lebt wohl ihr Freunde! ſeht, ich muß.
Drum ſollen die getreuen Saiten
Auch ihren treuen Freund begleiten.

Johann Wilhelm Tralles,
von Hirſchberg aus Schleſien.

YYY082

BIBL. UNIW. WROCŁAW